



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de**

**Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. LXXXIX. Placentina fideicommissi de Tudischis. De theorica seu distinctione Soccini in l. solemus ff. de cond. & demonstr. super verbo non extantibus, An intelligatur per vulgarem, vel per ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

Ad primum effectum rigorose in materia proceditur, quod scilicet in alienante requiritur culpa positiva, quæ dolum, ac malitiam redoleat, unde quælibet causa excusat, ac etiam intrat dicta conclusio de pœna non declarata in vita non transmissibili ad successores, in quibus terminis loquuntur auctoritates in prima decisione deductæ, ac alia; Secus autem ad secundum effectum, cum tunc alienatio consideretur tamquam simplex conditio, ut ita distinguendo habetur infra in Civitatis Castellana fideicommissi, & in Neapolitana hereditatis dist. 154 & 158. & in aliis, cum videatur vera satisfundata distinctio.

## PLACENTINA FIDEICOMMISSI DE TODISCHIS

INTER

Comitissas Lucretiam, Hieronymam,  
& Eleonoram, & hæredes Catharinæ de Todischis.

*Responsum pro veritate.*

De theorica seu distinctione Soccini in l. *solemus ff. de cond. & demonstr. super verbo non extantibus*, An intelligatur per vulgarem, vel per fideicommissariam, & de differentia inter istam theoricam, & regulam derivantem à *consil. 21. Oldrad.* cum ejus limitatione; Et aliqua de reciproca, ac etiam de prælegato seu fideicommissi particulari an cadat sub fideicommissi universali, ubi ejus conditio defecit.

### S Y M M A R I V M.

- 1 *Acti series.*
- 2 *De punitis seu questis.*
- 3 *De verbo non extantibus, quod importet potius vulgarem, & quod ista magis præsumenda sit quam fideicommissaria.*
- 4 *Omnes substitutiones consecutiva & per vulgarem expirant, si prima effectum sortitur.*
- 5 *Quod casus consil. 21. Oldrad. differat à theor. Soccin. in l. solemus.*
- 6 *Quid contineat dicta theorica, & de ejus distinctione circa tempus determinatum & indeterminatum.*
- 7 *In dubio an tempus præsumatur determinatum vel indeterminatum.*
- 8 *Verbum deficientibus est magis operativum ad Cardin. de Luca de Fideicommissi.*

- effectum inducendi fideicommissaria, quam verbum non extantibus.*
- 9 *Respondetur contrariis præsertim ad decis. 490. par. 4. divers.*
  - 10 *De fallacia Consulentium.*
  - 11 *Ad quid in hac materia deserviant regula & theorica generales.*
  - 12 *Quomodo ista questio decidenda sit.*
  - 13 *Traduntur aliqua regula generales pro regulando arbitrio.*
  - 14 *De differentia inter progressum fideicommissaria substitutionis in eodem genere, & transitum ad novum genus, vel diversum substitutionis gradum.*
  - 15 *De applicatione ad casum ejusque decisiones.*
  - 16 *De materia reciproca linearis remissive.*
  - 17 *Quid reciproca capiat etiam ea que ad gravatum obvenierunt ex portione alterius gravati jure substitutionis.*
  - 18 *Prælegatum seu fideicommissum particulare factum pro certis personis non abdicatur à fideicommissi universali si dicta persona non extiterunt.*
  - 19 *De prælegato cadente sub fideicommissi remissive.*
  - 20 *De cautela Soccini super prohibitione legitima.*

DISC. LXXXIX.

Comes Prosper de Todischis, instituto hæredis Joanne Baptista unico filio masculino, reliquæque dote Catharinæ filia, procedendo ad substitutiones, ejus assem in tres species distinguit, Unam bonorum utriusque parentis, quam eorundem dispositioni in omnibus subjacere voluit; Alteram quorundam suorum bonorum magis conspicuorum, in qua primogenituram erexit ad favorem primogeniti pro tempore de linea masculina ejusdem Joannis Baptista; Et tertiam reliquæ hereditatis, in qua perpetuum fideicommissum perpetuum simplex absolutum, & reciprocum instituere professus est ad favorem ejusdem lineæ masculinæ, prius legitimæ, deinde naturalis, qua defuncta, vel non incepta, vocavit ad medietatem filias feminas ejusdem Joannis Baptista, eisque non extantibus, earum filios; & descendentes in infinitum cum reciproca inter eas, & ad aliam medietatem ferè per eadem verba dictam Catharinam ejus filiam, eaque non extante ejus filios, & descendentes in infinitum, & si dictæ filia, vel earum filij & descendentes non extarent, vocavit ad totum dictam Catharinam vel ejus filios, & è contra si dicta Catharina, vel ejus filij non extarent, vocavit ad totum dictas filias feminas, earumque filios, adjecta prohibitione alienationis, ac detractionum, aliisque factis dispositionibus perpetuam bonorum & fideicommissi prædicti conservationem percutientibus, pluries assignata ratione, ac explicata voluntate conservationis & amplitudinis dicti fideicommissi simplicis, & absoluti.

Cum autem dictus Joannes Baptista primus hæres obiisset absque prole masculina, superstitibus, Lucretia, Eleonora, & Hieronyma filiabus, unde propterea apertus fuit dictus secundus substitutio gradus, pro medietate scilicet ad favorem dictarum filiarum hæredis, & pro alia medietate ad favorem dictæ Catharinæ, filia testatoris, istius etiam deinde morte sequuta sine prole;

T

incert

LUCA  
e  
mentis  
cat  
VI  
9

incertum est cujus parte, pro veritate de pluribus confultis fui.

Primò scilicet, an in dicta medietate obventa ad Catherinam intraret reciproca substitutio ad favorem dictarum filiarum Joannis Baptistæ, Vel potius ob ejus defectam conditionem dicta portio effecta esset libera, ad ejusdem Catharinæ hæredes transmissibilis; Secundò an sub dicta portione caderent ea bona, quæ testator subiecta esse voluit fideicommissio particulari ad favorem primogenitorum lineæ masculinæ, Vel potius illa effecta essent libera penes eundem Joannem Baptistam; Tertio an inter dictas sorores superstites, quatenus contingat earum aliquas absque prole decedere, adesset reciproca, nec ne; Et quatenus adesset, an caperet etiam dictam portionem Catharinæ, quæ in vim reciproca in eas obvenerit; Et quartò demum, quidnam hæreditati liberæ dictæ Joannis Baptistæ competat ex hujusmodi bonis ratione detractionis legitimæ.

Quatenus igitur pertinet ad primum, omitendo illos longos apparatus, qui per Confulescentes extra Curiam pro ratione dubitandi fieri solent, atque juxta satis commendabilem Curiam stylium. strictè, & conclusivè respondendo, Censui probabilius pro fideicommissaria reciproca substitutionis existentia judicandum videri; Licet enim illa verba, non extantibus dicta Catharina, nec aliquibus ex ejus filijs, & descendentes, præferre videantur potius vulgarem, pro qua stat regula, quàm fideicommissariam in dubio non præsumendam; Ut generaliter de substitutione facta de aliquo, ejusque filijs, & descendentes, regulariter interpretanda, magis per vulgarem, quàm per fideicommissariam, plenè cæteris relatis habetur apud Gregor. decis. 132. & 207. Et in specie de verbo non existentibus, ad nimiam satietatem colligit Cyriacus contrav. 522. nu. 93; ideoque sitientes longas allegationes superfluasque chartarum repletionem, ibi sitim explere poterunt, ac habetur apud Rotam decis. 72. num. 10. par. 10. rec.

Et magis in specie seu in individuo eorundem verborum istius testamenti *Se vi sarà & se non vi sarà li suoi figli &c.* Rota in Bononien. fideicommiss. de Pinchiaris 28. Martij 1659. coram Priolo, sæpius deinde in aliis canonizata, adeo ut moderno currenti tempore circumferatur in Curia tanquam magistralis super expiratione omnium subsequentiū substitutionum, quamvis illæ plures, ac reiteratos gradus contineret per effectum in prima sortitum, seu per defectam earum conditionem, juxta celebrem Oldradi consil. 21.

Attamen dixi extraneos videri à casu dictos terminos consil. 21. Oldradi, cum quibus aliqui scribentes procedebant, innixi præsertim auctoritati Rotæ decis. 490. par. 4. divers. cum qua pertranseunt Altogr. consil. 60. n. 41. l. 1. & cæteri, cum dicta decisio percutiat casum conditionis *si sine filijs*, & sic contineat terminos diversos ab illis hujus conditionis *non extantibus*, super qua adverti habam potius intrate celebrem theoreticam Soccini in l. solemus n. 6. ff. de condit. & demonstr.

Quatenus verò ad istam pertinet, quidquid aliqui variaverint, cum nihil in hac materia pacificum reperitur, communis, ac hodie receptissima est distinctio ab eodem Socino tradita, quod scilicet Aut conditio non existentia: clarè restricta est ad certum, ac determinatum tempus, & importet vulgarem, Aut clarè est indeterminata, & importet fideicommissariam, ut post antiquiores ab eis re-

latos Peregr. art. 29. n. 9. Mantie. de consil. tit. 6. num. 7. latè Buratt. decis. 689. quæ videtur materia magistralis, Rotæ decis. 354. num. 9. & decis. 209. n. 1. & seqq. par. 8. rec. & alia plura.

Si verò sit dubium, an tale verbum sit determinatè vel indeterminatè, tunc nisi verbum sit de sui natura temporis determinationem determinatè, ut præsertim ponderari solet dictio, nec aliæ urgeant conjecturæ, præsumptio est, ut magis indeterminatè pro inducenda fideicommissaria, quàm determinatè, Peregr. d. art. 29. n. 9. seqq. Fusar. quest. 480. n. 92. Buratt. d. decis. 689. Rot. dec. 257. n. 7. p. 5. rec. (licet in dicta decisio major vis constituitur in verbo *definitè* ad effectum inducendi fideicommissariam, non videtur significativè, quàm verbum *non extantibus* quod videtur vulgari magis adaptatum.)

Et quamvis contrarium probari videretur, Rotam d. decis. 490. par. 4. divers. cum qua aliter transeunt, attamen illam in specie iam præsertim benè fundatam revocatam fuisse advertebat Buratt. d. dec. 689. n. 3. circa finem, & in Roman. comm. de Zephyris 30. Maij 1639. coram Sidonio, hinc advertendam nullam rationem habentem de dicta auctoritate Altogr. consil. 60. n. 41. l. 1. eum decepti dicta auctoritate Rotæ, nec de præfata decisionis revocationem; Sicque probabilius, quod etiam eam sciendo, præterit more Confulescentis pro clientis, & certè certitudine, dum idem Auctor consil. 66. n. 13. num. 2. latè probat contrarium, quod scilicet dictum verbum potius capiendum sit indeterminatè deicommissariam.

Et consequenter, quatenus pertinet ad applicationem, cum nulla adesset verborum seu alias tempus determinatum demeritum tempore indeterminato, & sic pro fideicommissaria magis, quàm pro vulgari respondendum dicebam.

Insinuabam hæc pro discursu ac notitia ricia generalis, cujus veritas inspicienda est, serviat tanquam norma, cum qua judicium arbitrium interponere seu regulare debet, ut non in dubio an biguo; De reliquo enim omnia continent simplices præsumptiones, & arguendum ex contraria clara voluntate, sed etiam prioribus præsumptionibus, & conjecturis, & hinc, Et consequenter errorem semper committunt aliquorum qui in hujusmodi quæstionibus nos improbos labores assument in consultatione auctoritates per classes, quasquod ab eorum metico calculo veritas pendeat; Sive in mordicus super regulis, ac propositionibus generalibus, cum reverà istæ dicantur quælibet voluntatis, & facti, potius quàm juris, ut præ advertitur, certam, ac determinatam regulam recipientes sed pro singulorum casuum ac particularibus circumstantiis decidenda; Ita magis, ac principaliter substantia voluntatis testatoris, non autem, more generalitatis, vel judaico, insistendo super formalitate verborum, seu formalitate verborum, attendendo tamen illas regulas generales, de quibus præsertim in præcedentibus toto hoc tractatu.

Primò scilicet ut conjecturæ hinc inde non sint singulariter ac distinctè, sed firmè cum consueta regula, ut singula, quæ non præsertim Secundò quod non semper eadem conjecturæ eadem libra appendendæ sunt, sed juxta præsertim, locorum, temporum, ac bonorum quæ-

ex quibus in uno casu efficaces, in altero autem inefficaces merito censendæ veniant; Et tertio potissimum ad rem, reflectendum est ad notabilem differentiam inter successivam fideicommissariam inducendam, ad effectum progressus in filios, ac descendentes ipsius gravati, ita in conditione positos, & ad alterum effectum formalis transitus ad diversum gradum substitutionum, diversumque personarum genus, juxta distinctionem, de qua pluries in præcedentibus ad materiam limitationis dicti consil. 21. *Oldradi*, sive ad materiam filiorum in conditione positorum super eorumdem vocatione etiam passiva, cum similibus, cum hæc omnia simbolizare, atque in idem coincidere videantur.

Ideoque in specie hujus questionis super verbo *non extantibus*, an stet determinatè vel indeterminatè, & an importet vulgarem, vel fideicommissariam, maxima differentia urgere videretur inter casum, in quo agatur de inducenda fideicommissaria per speciem simplicis progressus cum filijs & descendentes primo vocati, in cujus defectum ejus filij & descendentes vocati sunt, & inter alium casum, in quo agatur de transitu formalis ad novum gradum substitutionum, novumque ac diversum genus personarum; Et consequenter impossibile est aliquam certam ac generalem regulam statuere, cum totum pendeat à singulorum casuum particulari qualitate, ut ego expertus sum in pluribus, ac pluribus consimilibus controversiis à me disputatis in specie cadentibus sub ista theoria *Socini*.

Applicando autem ad rem, præfatis fororibus de fideicommissaria contententibus obstat videbatur, quod non ageretur de primo casu supra distincto progressus ad filios & descendentes ejusdem primo vocati, & sic intrat idem genus non alterato substitutionis gradu, sed ageretur de transitu ad diversum genus personarum quæ morienti extraneæ sunt, diversumque substitutionis gradum, ideoque dum substitutio effectum sortita erat in ipsa Catharina, unde defectu dicto conditio non existentis, videbatur dicendum locum non esse alteri substitutioni.

His tamen non obstantibus, pro dicto transitu mihi probabilis vitum est respondere; Licet enim satis considerabilis esset dicta circumstantia, quod scilicet non ageretur de progressu fideicommissariæ substitutionis ad filios dictæ Catharinæ, sed de formalis transitu ad diversum genus, diversumque substitutionum gradum; Attamen istæ sunt regulæ, sive distinctiones inducentes quidem majorem, vel minorem præsumptionem, ad effectum desiderandi majores, vel respectivè minores conjecturas, non tamen inducunt necessitatem, seu probationem certam, sed solum majorem difficultatem in uno, quam in altero casu, ut habemus in supra tractata materia vocationis passivæ filiorum in conditione positorum, nam facilius inducitur cum propriis filijs, & descendentes ipsorum filiorum in conditione positorum, ac per viam progressus, seu continuationis in eodem genere, quam ad favorem ulterioris substituti extranei, & per viam transitus ad novum, diversumque genus personarum, sed non prohibetur istam quoque vocationem ex efficacibus conjecturis desumi; Ita pariter, ut infra ad materiam reciproca linearis pluries habetur, magna differentia est inter reciprocam inducendam inter personas ejusdem lineæ & alteram de linea ad lineam, & tamen etiam i-

Cardin. de Luca de Fideicommiss.

stam, receptum est, ex conjecturis magis efficacibus deduci; Quamvis enim antiquiores, procedendo magis cum quibusdam rigoribus, ad hunc secundum effectum præcisè necessarium crediderint expressam concurrentem copulativum trium vulgarium requisitorum, Attamen moderniores, præsertim verò Rota Romana, cui nimirum ista fideicommissaria materia debet, magis judiciosè, ac ad aptatè receperunt, ut sufficiat eorumdem requisitorum concursus implicitus, & virtualis, aut alias æquipollens ex conjecturis, cum similibus.

Attento autem tenore hujus testamenti, non per partes, vel per corticem, ac formulam verborum in singulis dispositionibus, ut ignarum Leguleicum vulgus facere solet, sed desumendo testatoris voluntatem ex toto contextu, quamvis ordinato cum eo infelici nimis prolixo, ac verboso superfluo stylo, qui per illarum partium Notarios adhiberi solet, nimis clara resultare videbatur voluntas perpetuò conservandi sub stricto fideicommissio ejus bona in universa descendencia, tam masculina, quam feminina, donec duraret, absque eo, quod talia bona, nec in toto, nec in parte, durante suo sanguine, ad extraneas manus devenire possent, ut præsertim comprobant prohibitiones alienationis, ac detractionum per verba nimis ampla, & effrenata excludentia omnem, & quemcunque imaginabilem casum, toties assignata & repetita ratione, ac voluntate, ut eadem bona, perpetuo, simplici, & absoluto fideicommissio subjacere deberent, pluribusque aliis concurrentibus adminiculis, & conjecturis, quæ ponderata cum consueta regula, ut *singula quæ non prosunt &c.* hujusmodi voluntatem nimirum in claris ponere pro meo iudicio videbantur.

Hinc de plano resultare dicebam resolutionem tertij quæstij ejusdem reciproca inter ipsas filias Joannis Baptistæ, quatenus earum aliquas absque filiis mori contringeret, dum, ut supra insinuatum est, longè facilius reciproca intrat, ac admittitur inter personas ejusdem lineæ, quam de linea ad lineam, cum dictæ formina omnes essent de unica linea ab initio constituta; Ac etiam quia, quoad istas, aliqua testamenti verba, quasi expressam reciprocam inter eas continere videbantur.

Et his positis, magis plana videbatur resolutio secundæ partis ejusdem tertij quæstij, an scilicet ista reciproca inter ipsas forores caperet etiam portionem dictæ Catharinæ, quam in eas juxta deducta in primo quæstio præsupponimus obviam, quoniam sub restitutione regulariter veniunt omnia, quæ ad gravatum obvenierunt ex substantia, & iudicio testatoris, quamvis obliquè & ex altera substitutione, cum sola difficultas cadat in iis, quæ obveniunt ex iudicio, non autem ex substantia, puta ex bonis pupilli in vim substitutionis pupillariorum, de quo *dis. 79.* cum similibus, ex iis quæ pluries habentur supra ad materiam vocationis filiorum in conditione positorum resultantis à statuto, vel à conjecturis, an capiat portionem patris quam sine dubio capit, ubi illa jam obvenit ad proprium patrem, dum ita jure consolidationis totum dicitur effectum una portio juxta auctoritates, & decisiones in proposito deductas in præcedentibus, quas longa serie, ut stylo extero satisficeret, in hoc responso deducebam.

Quoverò ad secundum quæsitum, An scilicet sub hoc fideicommissio universali caderent illa bona, quæ testator subiecit fideicommissio particulari ad favorem primogeniti lineæ masculinæ,

T a

Ob,

18 Observabam difficultatem cadere posse, quando dicta primogenitura jam effectum sortita esset in linea masculina dicti Joannis Baptistæ, quæ inceperat, & postea defecisset, quo casu oportuisset assumere questionem, An fideicommissum particulare ordinatum pro certis personis ejusdem generis vocati ad fideicommissum universale, illis defecisset in illud reincideret, sed non suppetebat necessitas assumendi istam questionem, dum dicta linea non inceperat, & consequenter effectum sortitum non fuit illud fideicommissum particulare, atque bona tanquam per defectam conditionem legati separata nunquam fuerunt à sua causa universali, & sic ab hereditate, cum in ipso primo hærede, juxta nimis nota & litteralia jura, non intrent isti termini contra distincti, legatarij, & hæredis, ubi ipse est unicus, vel fideicommissi universalis, & particularis; Solumque considerabam pro ratione dubitandi, an istud dici posset prælegatum, quod citrà dictam incomparabilitatem remanere potest penès hæredem gravatum post factum casum restitutionis, sed neque isti termini cadere poterant, quoniam legatum factum non erat ipsi hæredi, sed ejus filius, ac primogenitus pro tempore, qui nunquam extiterunt, ideoque remansit caducum; Et nihilominus.

19 cum contineret bona meliora, & notabilem assis partem absorbentia, adhuc videbatur, quod intraret limitatio regulæ denegantis inclusionem prælegati sub fideicommissio ex deductis cæteris relatis apud Honded. *consil.* 71. l. 1. *Fulcr. quest.* 650. & in *magistrali decis.* 168. *Burati*, & *decis.* 247. ejusdem; Germana siquidem voluntas esse videbatur, quod testator ordinando fideicommissum universale pro tota ejus descendencia, voluit in hoc privilegiare lineam masculinam, donec illa duraret, ut scilicet primogenitus, pro majori familiaritate decore, haberet hæc bona præcipua, tanquam speciem illius duplicatæ, vel majoris portionis, quæ in distributionibus massæ Capitularis dari solet Prelato, vel primæ Dignitati, non tamen exindè facere hæc bona libera & transitoria ad extraneos, dum in eis majorem, quam in aliis dilectionem testator ostendit, juxta ea quæ in hac materia comprehensionis prælegati sub fideicommissio habentur infra in *firm. fideic. de Fulghis disc.* 133. & in aliis ibi proximis ad hanc materiam.

Demum plana visa est resolutio ultimi quæstii super comprehensione legitimæ sub fideicommissio, dum in hoc testamento expressè ac benè adhibita fuit cautela, quæ derivans ex *Bartolo* & *Angelo* vulgò dicitur *Soccini*, utpotè per istum benè explicata *consil.* 122. numer. 9. lib. 1. de qua latè apud *Orthobonum decis.* 100. & pluries in sua materia *sub tit. de legitima, & de ractionibus.*



# EVGVBINA FIDEICOMMISSO

DE MAGGIIS

PRO

COMITISSA ELEONORA MAGGI  
DE GABRIELIBUS

CVM

SOCIETATE MISERICORDIE

*Casus disputatus coram A. C. & resolutio  
credo pro Eleonora.*

Ad materiam *consil.* 177. *Oldradi*, scilicet substitutio facta in calumnia scientiæ locum habeat in calumnia existentia, vel potius introductio catio.

SVMMARIVM.

- 1 *Acti series.*
- 2 *F* De opinione *Oldradi consil.* 177. *vel substitutio facta in casu deficientia esset in calumnia existentia.*
- 3 *Reprobatur hac opinio, & contraria est in*
- 4 *De distinctione inter substitutionem dicitur*
- 5 *& fideicommissariam, sed ad huc non*
- 6 *Fortius, ubi agitur favore pia causa.*
- 7 *Declaratur opinio, de qua numer. 2. quæ*
- 8 *reitur, & quomodo sit intelligenda.*
- 9 *Quod eadem opinio egeat alio favore dicitur*
- 10 *culorum.*
- 11 *De consuetudinibus, ex quibus attendi debentur*
- 12 *opinio Oldradi, de qua numer. 2.*
- 13 *De differentia inter casum deficientia &*
- 14 *sum mortis.*
- 15 *De alia ratione, ob quam non debentur*
- 16 *substitutio admitti.*
- 17 *Quod sit quæstio facti, & voluntatis, &*
- 18 *modo decidenda.*

DISC. XC.

**P**olydorus Maggius, instituit hæredibus suo & Carolo ex fratre nepotibus, utique eorum substituit, utroque sine filiis masculinis existente, vocavit pro tertia parte filias unius, pro alia tertia filias alterius, & pro reliqua tertiam etiam neptem, earumque omnium lineas descendentes; Deficiente autem unaquaqueque earum lineis, ultimo cujuslibet earum masculini substituit Societatem Misericordie; Contingebat Aloysius absque prole, Carolus vero esset superstitibus aliquibus filiabus; Hinc est controversia super portione dicti Aloysii prole defuncti, An scilicet in ea factus esset substitutio ad favorem dictæ Societatis, vel potius deberetur præfatis Eleonore, & Carolo, sive jure substitutionis, sive jure hæredum.